

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. III. Danieli Nabuchodonoso rex somnium committit explicandum.
Plura de somniis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

^{14.} refice carnē, ut serviat. Non est regnum Dei esca & potus:
^{17.} sed iustitia & pax, & gaudium in Spītu sancto. Abstinentia
 productioris vite, & uberioris sapientiae mater.

C A P V T I I I .

Danieli Nabuchodonosor rex somnium commit-
 tit explicandum. Plura de somniis.

N Abuchodonosor anno nono regni, secundo Mo-
 narchie, Iudeis, Assyriis, Moabitis, Egyptis jam
 devictis, somnio inuitato territus, præcepit omnē sa-
 cræ sapientię senatu cogi. Ita magis, ariolis, malefici,
 Chaldaeis jam convocatis: Vidi somnum, inquit rex, &
 mente confusis ignoro quid viderim. Cui Chaldei: Rex in e-
 ternum vive: die somnum servū tuis, & interpretationem ejus
 indicabimus. Ad que Nabuchodonosor: Sermo recepit a
 me, ait, nisi indicaveritis mihi somnum & conjecturā ejus nar-
 raveritis, peribitis vos, & dominus vestre publicabitur. Si autē
 somnum & conjecturam ejus narraveritis, premia & dona, &
 honorem multum accipieris a me; somnum igitur & interpre-
 tationem ejus indicate mihi. At illi multa excusantes nega-
 runt id fieri posse. Ita sibi somnum à rege prius nar-
 randum, explicationem somni à se subjugendam
 polliciti: Nemini esse, nisi Deorum, aliena scire som-
 nia. Neq; illum unquam regē hoc ab ariolis & Chal-
 daeis scilicet. Rex inanibus logis se duci autumans,
 jāmque in furorem versus atrocem tulit sententiam,
 iustificare omnes Babylonis sapientes ad necem abripi.
 Neq; verò Danieli & sociis fuisse parsum, quos una
 cādemque fulminaverat sententia, nisi capitale sup-
 plicium prævertisset Daniel. Qui ubi ex Ariocho re-
 gie militia principe, quid rerum ageretur, intellexit,
 nō le & ad regem ipsum penetravit, precibisque demissi-
 mis petiit, daretur sibi tantum temporis dum in lu-
 cem eruerat tam somniū, quām somniū mysterium.
 Datum. Quo clapsō somnum explicatū est. Hoc loco
 non opportunū tantum, sed & necessarium de som-
 niis differere. Exponemus igitur quae fides tribuen-
 da somniis, & quid inde commodi possit hauriri.

S. I.

T Heologis quadruplex somniorum genus est: Na-
 turale, morale, à dāmone, à Deo immisū. Na-
 turalia sunt, qua corporis bonam malamvē tempe-
 riem, stomachum oppletum aut vacuum sequuntur:
 ex his bona malaque valetudo dignosci potest. Hinc
 medicorum antefignanus Hippocrates librum de in-
 somniis conscripsit. Homo tristis, tetricus, & quem
 atra bilis exercet, jam novit sua somnia: fatigari, ca-
 dere, angī, lacrymas fūndere, humi repere, latebras
 Vnde Galen, querere, pericula subire, inter mortuos agere, tristia
 quæque audire creberim illi & pæne quotidianum.
 Qui multi & boni sanguinis sunt, somniantes hi-
 larēscunt, tripudiū interfunt; ridēnt, currunt, volant.
 Atque haec meliores, aut deteriores affectiones, bo-
 nos malosve corporis habitus aperit satis enuntiant.
 D 2. Moralia. 2. Moralia è cogitatis, dictis & factis diurnis pro-
 veniunt. Hinc somnia Tullius cogitationum & ne-
 gotiorum diurnorum reliquias appellat.

Claudianus poētarum ocellus canit:

Omnia que sensu voluntar vota dñmno,

Pectore sopito reddit amica quies.

Hinc venator silvā & feras, iudex lites, auriga cur-
 rus & equos, ægrotus & sitiens fontes & aquas, poëta
 versus somniat, avarus pecunias numerat, famelicus
 epulas tractat. E moribus hec petuntur somnia.

3. A dāmone immisā. Hic diabolus celer & vafer

artifex, ipsi etiam somniis si Deus annuat, ad pec-
 candum trahit. Cum Pontius fēderet pro tribunali
 capitalem sententiam iam iam dicturus in Christum,
 enuntius advolat à conjugē, quæ oblato sibi somnia

A maritum sollicitè monebat: Nihil tibi. & iusto illi: Mul-
 ta enim passa sum hodie per visum, propter eum. Hic non-
 nemo quæsierit: Et quamdiu dormivit hæc femina?
 Ad ipsam uisque decimā noctram. Nam teste Mat-
 thæo: Sedente autem illo p̄d tribunali, missi ad eum uxor
 ejus. Ante meridem circa decimam hæc agebantur:
 nam Christus ipso meridie, duodecimā noctram in
 crucem actus est. Ita diabolus om̄em movit lapidem, Diabolus
 omnem excogitavit stropham, ut Christi necem im-
 copatus est ut Chri-
 sti necem impedit.

4. A Deo immisā. Ita sep̄ius cum sanctissimis re-
 gibus, prophetis, aliisque tibi amicissimis locutus est immisā.
 Deus. Quod facturum le politicus: si quis fuerit inter Num. c. 12.
 vos propheta Domini, ait, in visione appagebo ei, vel per som-
 num loquar ad illum. Quod lobus confirmans: Per som-
 num, inquit, in visione nocturna quando irruit sopor super Job c. 33. v.
 homines, & dormiunt in lectulo. Tunc aperit aures vōrum, &
 eradiens eos infrastructa disciplina. De scipo: Terrebus me per somnia, inquit, & per visiones horro concūdis. Ita Ioseph oblatu sibi somnum parentibus & fratribus narravit. Gen. c. 37.
 Ita venit Deus ab Abimelech per somnum nocte. Ita Iacob videt in somniū scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens celum: Angelos quoque Dei ascēdentes, & de- Gen. c. 28.
 scēdentes per eam, & Dominum in summum scalæ. Ita Laban vidit in somniū Dominum sibi dicentem: Cœre ne quid- Gen. c. 31.
 quam asper loqui ari contra Iacob. Ita Pharaonis pincer- vers. 2. 4.
 na & pistor in carcere, viderunt ambo somnum nocte una Gen. c. 40.
 iuxta interpretationem congruam sibi. Ita cum renisset Ge- Gen. c. 7.
 ñeōn in cæstra hostium, narrabat aliquis somnum proximo vers. 13.
 suo. Ita Mardochæus: Recordatus sum, inquit, somniū, quod Esther. c. 10.
 videram hec eadem significantis, nec eorum quidquam irritu 2. Machab.
 fuit. Ita Iudas Machabæus expoſito digne fide somnio la- c. 15. v. 11.
 tificavit universo. Ita Abrahamo, Pharaoni, Salomonis, Gen. c. 15. &
 Danieli objecta somnia mystorii plena. Ita Ioseph cap. 41.
 Christi nutritius de conjugis sarcophagiā monetur in 3. Reg. c. 3.
 somniis. Ita visio per noctem ostensa est Iulo. Hebræus va- Dam. c. 2. c. 1.
 tes Iōel somnia à Deo immittenda promittens: Series Matth. c. 1.
 restri, ait, somnia somniabunt, & juvenes vestri visiones vi- vers. 20.
 debunt. Ita quatuor somniorum genera. Causæ illo- Act. c. 16.
 rum multiplices, diversissimæ. Nos eas involvimus vers. 9.
 silentio, & ad geminas respondemus quæſiones. Iōel. c. 2.
 vers. 28.

S. II.

I. Q uæ igitur somnia sunt observanda? 1. Ea, Quatuor
 quæ latitatem aut morbos corporis, animi: in somniis
 spectant. Hic viderint medicitam ij, quibus cura in
 animū, quām illi, quibus in corpus est commissa.
 2. Ea, quæ turbant, impediunt, terrent, ita sunt curan-
 da, ut causæ & fontes, e quibus promanant, augeantur.
 3. Si quando scientias juvent somnia non videntur
 negligenda. Est quæ non tantum totos versus sed
 tota etiam epigramma somniando fecerit. 4. Quæ
 ad virtutum officia, ad dandam stipem, ad excre-
 dam sobrietatem, ad amplectendam religionem im-
 pellunt. Non igitur omnia falsa sunt & fallacia cū
 in divinis litteris complura fuerint vera, & eventus
 certos, quos exhibuerant, sortita. Molim tamen inde
 conficias: Ergo sunt observanda. Nam istud secundæ
 quæſionis est.

II. Quid ergo somniis tribuendū fidei? Vniversè ac
 maximā partem inania falsa, vana, nulla sunt, nec ullā
 merentur obseruationem aut fidem. Quod Ecclesi-
 astes dilucidè pronuntians: Multas curas, inquit, sequuntur Eccles. c. 5.
 somnia, & in multis sermonibus inveniuntur stultitia. Vbi multa
 sunt somnia, plurima sunt vanitates, & sermones innumerati: tu
 verò Deū time. Huic Ecclesiasticus Siraci filius ex toto
 accedit, & de somniis hæc sentit: Nisi ab altissimo emissa
 fuerit visitatio, ne dederis in illis cor tuū. Multos errare fecerunt
 somnia Eccl. c. 34. vers. 6.
 Eccl. c. 34. vers. 1. c. 2.

Daniel. Caput III.

552

Somnia, & exciderunt sperantes in illis. Somnia extollunt imprudentes; quas qui apprehendit umbram, & persecutur ventum, sic qui attendit ad visa mendacia. Visitata sed magna fatuus est, somnio habere fidem. Somniat quis se fore Praesulem, purpuratum Patrem, potensimum Regem, Summum Pontificem. Sed manè deprehendit somnum, & imaginis fallacem, somniat pauper rusticus arcas auro refertas, sed cum evigilat, crumenam reperit inaniis & arancis plenam. Hic Senecam tragediam operam cantantem:

*Somniare incho-
ro Herculis
furemis.*

Túque ó domitor somni malorum,
Requies animi, pars humanae melior vite:
Veris misericors falsa, futuri
Certus, & idem pessimus auctor.

Laert. l. 6.

Somnia phantasiae idola sunt, cur adorem illa? somnia fugienti vento, umbræ vanescunt simillima, cur apprehendat ea? Umbris terrentur pueri, somnis decipiuntur homines validi creduli. Non vanè Diogenes dixit. *Quae vigilantes agitis, ea non curatis; qua vero dormientes somniatis, sollicitè perquiritis.* Perinde si dixisset: *Vos potius quid vigilantes recte perperamē committatis attendite, non quid somniantes.* Nec vanum Poëta monitum est:

*Somnia ne tures: nam mens humana quod optat
Dum vigilat, sperat.*

Ad rem Comicus: Cùm Dij nobis, inquit, somnum dederint curarum & laborum delinimentum, superstitionis sibi illum reddit carnicinam, & tormentum. Eruditè dixit Heraclites: *Vigilantibus communis & unus est mundus; sopiti in suum quisque discedimus.* At superstitione ne vigilans quidem communis cum alijs mundo fruatur, cogitatione cōp̄er somniant. Hinc Plato: *Spes mortalium, ajebat, somnia sunt vigilantium, plerunque inania & falsa.* Divini libri sanè, cùm quidam instabile, fugax, vanum, fallax notant, somnio id comparant. Ergo somnia pleraque omnia velut inania cibili facienda.

III.

*Somniare sancta, san-
ctitatis est
argumen-
tum.*

*Laert. l. 1.
cap. 5.*

Nihilominus hoc loco non omittendum, quod profani & sacri scriptores tradunt, somniare sancta, sanctitatis esse argumentum. Non imperie affirmabat Zeno, & suis quenque insomniis posse deprehendere, quantum in philosophia proscisceret, si in eis nihil nefarum rei faceret, vel appeteret. Tunc enim animum in profundâ tranquillitate constitutum versus effectus prodere, indeque fieri, ut quae vigilantes agere, aut profari non audent, ea nec noctu in somnis occurrant. Eiusdē animi Plutarchus censuit virtutis esse, de virtute somniare. *Quemadmodum enim corporis affectiones, ita & animi possunt deprehendi ex insomniis.* Etenim quae cogitamus & agimus interdiu, somniamus noctu scilicet amata recurrent. *Ariß. 10. 7.* Quod Aristoteles multò locupletissimus testis eximie confirmans: *Qui instruti virtutibus sunt, inquit, meliora somnia vident, quod etiam vigilantes meliora animalia vertunt; qui deterius animo vel corpore affecti sunt, deteriora concipiunt, quippe cum etiam affectio corporis facit ad somni visionem.*

*Ariß. 10. 7.
sec. 30. pro-
blem. fine,
pag. 629.*

Cui nulla unquam libido placuit, nunquam somniabit castimoniae decreta violet, quod pudicitia adveretur. Et quamvis aliud immundioris somni objiciatur, ille dectera & tamen repugnat, & velut vigilans lordes illas conabitur excutere. Ea vis est diuturna affuetudinis. Ita optimi est argumenti nunquam ea somniare, quae si fierent, letale crimen essent. Nimirum meliora vident somnia, quod Aristoteles dixit, qui virtutibus sunt instructi. Franciscus Xaverius, magister Orientis lumen, cùm Gozageret, Petro Iarrico teste, totas saepe no-

Aetas inter suavissima cum Deo colloquia exegit, quotidianus & status illi somnus non duas horas excedit, cùm largissime quievit, tribus horis dormit. Hic sapientie auditus est loqui somnians, nec alias effere voces, quām istas: ô Deus cordis mei, ô creator & Domine, ô bone Jesus &c. Hęc somniantis dicta facilè prodebat, quis animo federet infixus amor. Nempe actio bona h̄i sit frequentata, sibi similem bonam parit consuetudinem.

Sed tertio loco ad rem erit querere: cursua Deus Trinitas arcana in somno pandat? Cauſarum satis. Hinc 1. *Deus cuius-
cūm non omnem homini scientiam auferri à mor-
te: Homo sapore pressus, mortuo simillimus, membris
omnibus otiosis, & tamen aliqua pars animi multa in-
terior cognoscit, videt, audit, gustat, odoratur, tangit.*

Hinc etiam liquet non omnes scientias sensuum ad-
minicula & ratiocinatione obtineri. 2. *Hinc summa Scientia
Dei potentia perspicitur; homo hominē docere non
potest, nisi vigilantem, audientem, auscultantem, at
vero Deus etiam dormientem erudit. 3. Cūm vigila-
mus, plerunque animo parum praesentes sumus: sen-
sus licenter evagantur, curæ, negotia, & inquietus circa
nos plurima ita hominem subimper surrepiunt, ut raro
totus apud se, & domi sua sit. Frequenter possit que-
rer *Cvbi es?* Atqui Deus cum solo solus vult loqui, idq; alto silentio, cùm homo sensus continet quietos, cùm animo collectissimus, cùm revera apud h̄e est, quod
fanè fit in somno, cùm exteriores sensus ab omni va-
cant actione. Atq; hinc eruditur, quā ratione Deus
nos secum loqui cupiat, cùm preces funimus, Chi-
sti preceptio est: *Tu autem cūm oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora parrem tuum in abscondito.**

Collige dissipatas cogitationes, turbas omnes, & cu-
ras expelle à te, rēmove quidquid precantem impe-
dire potest, solum te adiri patere, animo fac sis præ-
fentissimo, tunc maximè domi esto & apud te, at-
tentissimus precare. Intra in cubiculum tuum, intra, intra,
& clade oscium. Deus deliciatus hospes est, silentiu
sui hospitij & quietem amat, cogitationum tumultus
maxime averatur. Omni ergo cogitatione, curāgo
in hanc orandi curam incumbit; omnibus facultati-
bus hoc age, ut cum Deo, prout decet, loquaris. Ex
omnibus usque opibus viribusque nitere, ut attenus
ores. Digna res est, ubi tu neruos intendas omnes.
Huc intelligentiam, huc voluntatem, huc omnem me-
moriā confer. Hac obnoxia tota que mente facienda
sunt. Colloquiis divinis recte instituendis summum
studium, vigilantiam maximam impende. Hic omnis
labor utilissime collocatur. Verbo dicam: Vt sunt
edones, & bibones, qui toti manducant, toti potant, ita
totus ora. Hoc sapiens & dulce est somniū vigilantis.

C A P V T I V .

E Danielis verbis triplex monitū. 1. *Sapientiam
à Deo postulandam.* 2. *In rebus agendis non
præcipitandum.* 3. *Efficienter consummandū.*

DANIEL re non solum maturè deliberat, sed etiam cum sociis eo fine communicat, ut que-
rent misericordiam à facie Dei celi super sacramen-
to isto, & non perirent cum ceteris sapientibus Baby-
lonis. Tunc Danieli mysterium per visionem nocte revelatum
est: & benedixit Daniel Deum celi, & locutus, air. Sit nomen eius
Domini benedictum à seculo, & usque in seculum, quia sapien-
tia & fortitudo ejus sunt. Et ipse mutat tempora & etates,
transfert regna acque constituit: dat sapientiam sapientibus,
& scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse revelat profunda
& abscondita: & novit in tenebris constituta: & lux cum eo
est. Tibi Deus patrum meorum confiteor, tēq; laudo: quia sa-
pientiam & fortitudinem dedisti mihi, & nunc ostendisti mihi,
que